Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

DE VSV NOMINATĪVĪ, ACCVSATĪVĪ ET GENITĪVĪ IN PRONOMINIBVS: EGO, TV, IS, QVIS/QVI.

	pronōmen interrogatīvum-relatīvum masculīnum	pronōmen interrogatīvum-relatīvum feminīnum	pronōmen interrogatīvum-relatīvum neutrum	pronōmen personāle prīmae persōnae	pronōmen personāle secundae persōnae	pronōmen masculīnum	pronōmen feminīnum	pronōmen neutrum
Nominatīvus	**quis/qui**	**quae**	**quid/quod**	**ego**	**tu**	**is**	**ea**	**id**
Accusatīvus	**quem**	**quam**	**quid/quod**	**me**	**te**	**eum**	**eam**	**id**
Genitīvus	**cuius**	**cuius**	**cuius**			**eius**	**eius**	**eius**

exempla per usum:



- **quis** videt Marcum?
- Quintus videt Marcum.
- **Is** videt Marcum.
- Quintus videt **eum**.
- **Cuius** filius est Quintus?
- Quintus filius Iuliī est. Quintus est fīlius **eius**. Quintus, **cuius** pater Iulius est, puer probus est.
- **Cuius** fīlius est Marcus? Marcus quoque fīlius Iuliī est. Marcus fīlius **eius** est. Marcus, **cuius** pater Iulius est, puer improbus est.

- Salve, Marce!
- Salve!
- Quis **te** videt?
- Quintus **me** videt. **Is me** videt.
- **Qui** puer **te** videt?
- Quintus est puer **qui** me videt.

- Ave, Quinte!
- Ave!
- **Quem** vides?
- Video Marcum. **Eum** video. (Ego) video **eum**!
- **Quem** puerum vides (tu)?
- Puer **quem** video est Marcus.



Paulus videt Claudiam et Claudia videt Paulum

- **quis** videt Claudiam?
- Paulus videt Claudiam. **Is** videt Claudiam. Paulus **eam** videt.
- **Qui** puer videt Claudiam?
- Paulus est puer **qui** videt Claudiam.
- Paulus est puer qui **eam** videt.

- Salve, Claudia!
- Ave!
- Quis **te** videt, Claudia?
- Paulus **me** videt.
- Quis est puer **qui** te videt, Claudia?
- Paulus est puer **qui** me videt. **Is** me videt.
- **Quae** videt Paulum?
- Claudia videt Paulum. **Ea** Paulum videt. Claudia eum videt.
- **Quae** puella videt Paulum?
- Puella **quae** videt Paulum est Claudia.
- Claudia est puella quae **eum** videt.

- Ave, Paule!
- Salve!
- **Quam** vides, Paule?
- Claudiam video. (Ego) video Claudiam. **Eam** video!
- **Quam** puellam vides, Paule?
- Puella, **quam** video, est Claudia. **Eam** puellam video.

- **Quid** est?
- Oppidum est.
- **Quod** oppidum est?

- **Quid** vides?
- Oppidum video. **Id** quod video oppidum est.
- **Quod** oppidum vides? **Id** oppidum video.

- **quid** est?
- est templum.
- **cuius** oppidī templum est?
- est templum oppidī quod video.
- **cuius**?
- templum est oppidī quod vides: